f Benè verum eſt.) Supra hac eadem queſtione, verſ ſed pone, vt dixi, quo loci videtur contrariū hic concorda ergo contrarietates ibidem annotatas, quia ibi loquitur de iure, hic de facto, vt ſonat littera. Drogh.

t Malè faciat.) Cartar. de execut. ſenten. cap. fin. num. 308. verſ. poteſt etiam. Roſ.

u Sed in hoc propoſito.) Adde, quòd hæc materia eadem ferè videtur cum lege, poſt contractum, C. de donat. infra q. 78. verſ. fraus autē ibi, & hoc etiā ſi poſt delictum, Adde Menoch. de arbitr. iud. libr. 2. centur. 4 caſ. 361 n. 47. & 48. & de his, quę habentur in hoc verſ. dixi ſupra hac ead. q. verſ. ſed pone. vide Bald. hoc idem affirmantem in ſua practica, tit. de iuriſdict. q. 3. ſub nu. 2. ad fin. Drogh.

Sed in hoc propoſito.]
48 Adde † videndum Farin. in q. 8. num. 100. vbi latè, quādo Clericatus dicatur fraude poſt delictum aſſumptus. Baiard.

x In fraudem.) Boſſ. de foro compet. num. 38. poſt Marſil. & videndus erit Farin. num. 100. & 107. Roſ.

Sed certè quidquid ſit de iure.) Adde ſic etiam clericum laudatum remitti, & procedi contra habentem ab eo cauſam in ciuilibus. Idem Capyc. deciſ. 197. ſub num. 7. hæc autem deciſio, & obſeruantia Senatus non ſeruatur in ſui ratione inter ciuiles, & homines feudatariorū. Nam ſeruatum comperi, quod ſi inter centum homines feudatariorum litigantes adſit tantum vnus ciuis, tota cauſa remittitur ciuitati, ſeu maiori magiſtratui: An tamē hoc ſit poſſit in Patria Pallauicinos, videri poſſunt ea, quæ ſcripſi in addit. ad ſtatuta noſtra Pallauicina, infra quæſt. 59 verſ. & hoc dixi, vbi dixi, ſupra q. 35. verſ. ad fin. & in terminis Felin. in cap. quæ in eccleſiarum, coll. mihi 22. declarat. 6. extra de conſt. Boſſ. tit. de for. comp. nu. 18. cū ſeqq. & in tract. Princip. num. 286. & Claro hic quòd nunquam opinio de Prato fuerit ſeruata, tenet Boer. ad conſuet. Bitur. in q. 9. in fi. An autem ratione talis cōnexitatis mandans, & mandatarius, qui conueniuntur ſub diuerſis Iudicibus poſſint petere perduci ad vnum tantum Iudicem? Capyc. dec. 122. nu. 7. vide Menoch. ſuper hoc d. tract. de arbitr. iud. caſ. 371. n. 13. vide Crau. conſ. 232. Marant. in Spe. parte quarta, 11. diſtinct. titul. ſeculare, vel eccleſiaſticum, numero vigeſimoſecundo. Drog.

attestatur Plaza lib. 1. delic. c. 35. nu. 1. Aut verò aſſumpſit ordinem eccleſiaſticum in fraudem, vt ſcilicet ſe eximeret à iuriſdictione ſeculari; & tunc non liberatur, ſed poteſt per iudicem laicum contra eum procedi & eſt communis opin. vt ait Imola, conſ. 119. nu. 1. Didac. pract. q. 32. poſt nu. 4. verſ. ſecunda cōcluſio, Plaz. in loco præallegato, poſt nu. 1. Bene verū eſt, quod hoc caſu nō poterit puniri corporaliter à iudice laico, ſed tantum in confiſcatione bonorum, aut pecuniaria: & ſic remanet ſubditus tantum in bonis, & bonorum, non autem reſpectu perſonæ. Et ita communiter tenetur, vt dicit Aufre. in d. Clem. 1. in 1. regula, num. 19. de offi. ord. quem refert Did. in d. q. 32. poſt numer. 4. verſ. Tertia concluſio, & Nunius de los corrigidores, fol. 137. col. 1. verſic. imo fortius, & Viuius in lib. communium opin. fol. 22. in verbo, Ordo eccleſiaſticus. hanc etiam dicit eſſe commun. opin. Plaza in d. c. 35. nu. 3. Boſſ. us in tit. de pęnis, num. 38. Tract. Conradi, fol. 247. verſ. Vndecimo fallit. Deberet tamen iudex eccleſiaſticus talem clericum, qui eccleſiaſticum ordinem in fraudem ſuſcepit, degradare, & tradere iudici ſeculari etiam corporaliter puniendū. Hanc autem concluſionem iudices ſeculares non obſeruāt, vt dicit Bart. in d. l. nu. 3. in fi. ff. de pœnis, quem refert Igneus in l. fidei commiſſum, num. 266. ff. ad Syllan. Nā (vt ait Bar. ibi) ex quo iudices eccleſiaſtici plerūque ſolent in hoc ſe præſtare difficiles, ſolent iudices ſeculares, abſque hac ſolēnitate degradationis nihilominus eos ad mortem condemnare, & propriam ſententiam exequi, licet ſecundum eum malè faciant.

Sed in hoc propoſito [u] quæro, quando præſumatur delin-
44 *quentem ſuſcepiſſe clericatū aut ingreſſum fuiſſe religionē in fraudem, vel non Reſpon. quòd ſi prius fuerat de ipſo delicto delatus, vel etiā diffamatus, preſumitur [x] in fraudem feciſſe, & ita cenſet maior pars interpretum, vt atteſtatur Plaza in d. cap. 35. nu. 1. circa fin. & alias Senatus in cauſa cuiuſdam Oldradi Curticæ iudicauit beneficium in fraudem ſuſceptum fuiſſe, quoniam poſt commiſſum delictum illud adeptus fuerat, 19. Nouemb. 1552. P. N. Hoc autē multo magis locum haberet in eo, qui iam fuiſſet condemnatus. Et ideò reiecta fuit per Senatum hæc exceptio in facti cōtingentia in quodam Bart. Trotto, qui dum eſſet vxoratus, condem natus fuerat in pœnam pecuniariam, eo quia non præſentauerat quendam reum pro quo fideiuſſerat: deinde facit ſe clericum, & Senatus non obſtante clericatu iuſſit contra eum procedi per iudicem laicum, 9 Septemb. 1559. P. N.*

Et

45 *Sed nunquid ſi delinquens ingrediatur religionem, monaſterium tenebitur pro delicto ipſius ingreſſi, prout etiam dixi in hęrede, infra quæſtione 51. verſic. ſed hic quæro. Reſpon. quod tenebitur ipſum monaſterium, quatenus ad eum peruenit. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Alberi. in Auth. ingreſſi, num. 2. circa fin C. de ſacroſan. eccleſ.*

46 *Euenit plerunque, quòd in eodem crimine committendo interueniunt ſimul clerici & laici, & iudex eccleſiaſticus procedit cōtra clericos, iudex vero ſecularis procedit cōtra laicos: Quæro, nunquid cauſa ſit etiam quo ad laicos remittenda iudici eccleſiaſtico, & hoc, ne continentia cauſæ diuidatur, & ne forte etiam diuerſæ ſententiæ ſequantur? Reſpon. de iure, quòd ſic: ita dicit Anto. de Prato veteri in l. 1. in fi. quæ ſent. ſine app. reſcind. Nam (vt ipſe ait) magis dignum trahit ad ſe minus dignum. capit. quanto, de iud. prout eſt communis regula, teſte Gomeſ. in cap. 1. num. 47. in fin. de reſcript. in 6. Et hanc opin dicit eſſe communem Boſſ. in tit. de foro comp. numero 116. in fin. Et ita ſe quādoque vidiſſe in practica obtineri atteſtatur Socin. in l. cum ſenatus, in fin. ff. de rebus dubijs, quē refert Boſſ. in tit. de foro compet. numero 147. & Foller. pract. crim. fol. 75. numero 79. Ita etiam ſe in facti contingentia obtinuiſſe atteſtatur Ioan. Arnol. ſoliloquio 57. non eſt negligendum. [z] Sed certè, quicquid ſit de iure, hæc opin. non ſeruatur in practica, vt dicit Igneus in l. 1. §. ſi quis in villa, num. 27. ff. ad Sylla. Et ita in hoc Ducatu ſemper vidi ſeruari, quòd iudex laicus cognoſcit quo ad laicos, & eccleſiaſticus, quo ad clericos: & ita etiam reperio in facti contingentia ſeruaſſe Conſ. Neapol. vt refert Capic. deciſione 173. & licet Chaſſan. ſuper conſuet. Burgun. folio 51. poſt numerū 69. dicat ſe vidiſſe in hoc Ducatu obſeruari prædictam deciſ. Ant. de Prato veteri hoc forte potuit eſſe ſuis temporibus hodie certè ſeruatur totum contrarium, prout etiam ſe vidiſſe contra eam ſæpius iudicari, atteſtatur Igneus in l. Senatuſconſulto, nu. 14. ff. ad Sylla. Et ego pluries ita vidi iudicari & in ſpecie in cauſa quorundā de Caſtelliono, 23. Martij. 1553. R. Et hanc opin. contra Anton. in practica ſeruari atteſtatur etiam Rebuff. in repet. auth. habita, priuilegio 166. & Anto. Gomeſ. cap. 10. delictorum, numero 6. in fin. & alij plures, quos refere Didac. in pract. q. 34. numero 1. in*

fin.

z Et ideo ab hac obſeruantia noa recedas.] Ad-
49 de, quòd idem † tenet Syl. nup. car. 147. ſecundum paru. impreſſ. & latius, Crau. conſ. 232. per totum, & opinionē Ant. impugnat etiam deciſ. Pedem. 103. num. 10. vbi di-
50 cit, quod nō obſtante † ſententia iudicis laici poterit eccleſiaſticus procedere contra tales ſacrilegos ad excommunicationem, & alias pęnas ſpiritueles, & pro iſta opinione vide nouiſſimè per Far. in d. queſt. 8. num. 151. vbi tenet, quòd licèt vſu magis receptum eſſe videatur, quòd laicus cum clerico inſimul delinquens poſſit à ſeculari iudice puniri, non tamen à Doct. hanc opin. tenentibus negatur, quin poſſit etiam à iudice Eccleſiaſtico, ſi in captura præueniat. Baiard.

a Quęro, quid ſi per
51 laicum.] Adde, † quòd in Regno Neapol. nō eſt locus præuentioni, quia prouiſum fuit per Reg. pragmat. incip. Reuerende uir fol. 122. quod officiales eccleſiaſtici non exerceant iuriſdictionem contra laicos. Baiard.

b Quæro, quomodo fiat remiſſio.] Adde, quòd
52 † clericus debet remitti abſq; requiſitione, not. in authe. vt cleric. apud proprium Epiſcopū, §. illud palam, c. de fame, extra de ſentent. excommun. & Scagl. in tit. 46. numer. 8. poſt Carau. fo. mihi 224. Baiard.

c Vltimo quæro.] Vltra hic dicta adde, quod ſi clericus fuit in contumaciā à iudice laico bannitus, & poſtea captus, debet remitti ad ſuum forum, teſte Paul. de Caſt. in l. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. Laicus tamen poteſt pecuniariter punire clericum turbantem eius iuriſdictionem, & impedientem. Paul. de Caſtr. in l. addictos, C. de epiſc. aud. Item licet inſtantia cauſæ criminalis duret bienno, per leg. properādum in princ. C. de iudic. tamen quando cauſa eſt cum clerico, non durat niſi 2. menſib. ſecundum Angel. in authent. vt clerici apud prop. epiſc. Itē nota quòd ſi laicus ſe fecit clericum in fraudem, vt euitaret iudicium ſecularis, hoc non debet ſibi prodeſſe, quo minus poſſit conueniri coram iudice, & præſumitur in fraudem feciſſe quoad pœnam pecuniariam, nō quoad perſonalem, ſeu corporis afflictiuam, uel ut poſſit diſtringi perſonam, faciendo ipſum detineri, uel incarcerari, ut eſt communis opin per Imol. conſil. 118. & conſ. 119. Guiot.

Vltimo quæro.) Adde,
53 quòd nedum † non tenetur iudex eccleſiaſticus ſtare proceſſui facto à iudice ſeculari, ſed ad hoc ut poſſit inquirere, opus eſt nouo proceſſu per ipſum inchoato, & non debet ex proceſſu fabricato à laico informare inquiſitionē, vt per Ruin. conſ. 7. num. 6. uol. 5. nbi atteſtatur de cōmuni. Baiar.

fin. [z] Et ideo ab hanc communi obſeruantia non recedas in practica.

47 *Quęro, [a] quid ſi per laicū illata ſit iniuria clerico, nunquid cognitio ſpectet iudici eccleſioſtico. Reſpond. gloſſ. in Auth. Item nulla communitas, in verbo, ab eccleſia, C. de epiſc. & cle. tenuit, quod ſic: Alij vero dicunt, quòd quando laicus offendit clericum, poteſt vterq; iudex de ipſo delicto cognoſcere, & inter ipſos eſt locus præuentioni. Et ideo ſi iudex eccleſiaſticus prius procedere ceperit, ipſe præferetur, & è conuerſo. Et ita ſeruari atteſtatur Guid Papæ deciſ. 562. vtrum officialis, num. 3. & ita iudicatum fuiſſe in parlamento Gratiano refert Pap. lib. 4. tit. 4. arreſto 6. Mihi magis placet, quòd vterque iudex procedat, & vterq; cōdemnet, prout ſe in facti contingentia obſeruaſſe atteſtatur Amed. de ſynd. nu. 271. vbi dicit, quod epiſcopus ciuitatis procedebat contra percutientem clericū ad pęnas ſpirituales, & ipſe procedebat ad pœnas fiſco applicandas; vterque enim iudex videtur offenſus: merito vterque ad pęnam ſui fori procedere debet, cum pœna ſpiritualis non tollat temporalem, nec è contra, vt dixi infra q. 57. verſ. ſed quæro.*

48 *Quæro, quomodo fiat remiſſio clericorum à iudicib. laicis ad eccleſiaſticos. Reſp. in aliquib. prouincijs conſuetudo eſt, quòd fiant tales remiſſiones cum irriſione maxima ipſorum clericorū, & plerunque etiā eum mitra in capite, vel tubis ſonātibus, quod ſeruatum quandoque fuiſſe in ciuitate Peruſij refert Ang. in l. lege Iulia. circa fi. ff. ad l. Iul. de vi publice. Solent etiā aliqui iudices eos mittere ligatos in maxima populi frequētia. Et alij faciunt eis radi caput, ne videatur corona clericalis, & ipſos tanquā laicos remittitur iudici eccleſiaſtico, vt refert Paris Put. de ſynd. fol. 220. poſt nu. 5. In hac autē prouincia tales remiſſiones fiunt ſine aliquo ipſorum clericorum dedecore, aut ignominia; Et hæc conſuetudno tanquam iuſtor, & honeſtior ſeruanda eſt. Et refert Paris Put. de ſyn. fol. 391. in verbo Remiſſio, quòd quidā regens, qui remiſit clericum cum catena in collo ad Epiſcopū, fuit priuatus officio, quem refert Carau. ſuper ritu magnæ curię 235. num. 7. ſeq. vbi dicit hoc intelligendum eſſe, niſi catena illi appoſita fuiſſet cauſa cuſtodię potius, quàm cauſa ignominię.*

49 *Vltimo [c] quęro, nunquid quando iudex ſecularis remittit clericum ad iudicem eccleſiaſticum, teneatur ipſe iudex eccleſiaſticus ſtare proceſſui facto à iudice ſeculari remittente. Reſp. quod non, & eſt communis opin. vt atteſtatur Dec. in cap. at ſi clerici, de iud prout illū refert Grā. conſ. cri. 42. nu. 1. & Viuius lib. cōmmunium op. in verbo, Iudex laicus. Sicut enim acta facta corā iudice incompetente. Quid autem in confeſſione, dixi ſupra quæſt. 21. verſic. hanc tamen. Vide in hoc propoſito ea, quæ dixi infra q. 95. verſic. quæro etiam.*

QVÆSTIO XXXVII.

Quæ ſint crimina communis fori, in quibus vterq; iudex tam eccleſiaſtieus, quam ſecularis contra laicum procedere poteſt.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Dicta communis fori quæ ſint.*
2 Et *an crimen vſurarum ſit communis fori.*
3 *Et an crimen adulterij.*
4 *Et an crimen concubinatus.*
5 *Et an crimen ſodomiæ.*
6 Et *an crimen ſagrilegij.*
7 *Et an crimen ſortilegij, remiſſiuè.*
8 *Epiſcopus an poſſit capi facere laicos ob crimina cōmunis fori*
9 *Reus abſolutus, vel punitus in vno foro, an poſſit etiā in alio puniri.*

Ex Additionibus.

1 *Delicta mixti fori quæ dicantur, remiſſiue.*
Iudex eccleſiaſticus, in quib. cauſis cognoſcere poſſit remiſ. n. eo
2 *Præuentio non habet locum in Regno Neapolitano inter iudicem laicum. & eccleſiaſticum.*
3 *Et quid in Statu Eccleſiaſtico.*
4 *Præuētio nō operatur, ſi pręueniens ſit negligens, vel in dolo.*
5 *Vſurarum cauſa cuius fori ſit.*
6 *Quæſtio quæ dicatur facti, & quæ iuris.*
7 *Vſura quādo incidenter deducitur, iudex laicus poteſt cognoſcere, etiam quod ſit queſtio iuris.*
8 *Queſtio iuris, vel facti, quando dicatur ſuper vſuris, remiſſ.*
9 *Iudex laicus quando poſſit de vſuris cognoſcere, remiſſ.*
10 *Iudex laicus in Statu* Eccleſiaſtico *poteſt procedere contra vſurarios ex officio, & ſola facti veritate inſpecta.*
11 *Et quid in Regno Neapolitano.*
12 *Adulteriū non cognoſcitur criminaliter in foro canonico ad pęnam, ſed ſolum ad ſeparationē thori, & amiſſionē dotis.*
13 *Concubinarij pœna impoſita per Cōc. Trid. plecti debēt, remiſ.*
*13 *Brachium ſeculare quando inuocari poſſit.*
14 *Brachium ſeculare, quando concedatur. remiſſiue.*
15 *Brachium Eccleſiaſticum, quando concedatur, remiſſiue.*
Iudex recuſans pręſtare brachium ſeculare, qua pęna ſit puniendus, remiſſiue.

AD-

ADDITIONES.
Ad Quæſt. XXXVII.

a IN *hac exceptione.*] De delictis mixti fori latius ſcribit Decianus tom. 1. tract. crim. lib. 4. cap. 26. latiſſimè uero Farin. tit. de inquiſit. q. 8. nu. 229. vol. 1. & num. ſequentibus. *Roſ.*

In hac exceptione.] Ad de uidendum Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 4. c. 27. ubi late habetur, quę delicta ſunt mixti fori,
1 † & in quibus cauſis iudex eccleſiaſticus cognoſcere poſſit, latè per Marant. in Spec. p. 4. d. 11.
2 Adde, quòd hodie in Reg † Neap. non eſt locus præuentioni in huiuſmodi delictis, quæ ſunt mixti fori, quia prouiſum fuit per Reg. Prag. Reg. Phil. incip. Reuer. Vir. fol. 122. quòd officiales eccleſiaſtici non exercent iuriſdictionem contra laicos, & idem prouiſum fuerat in ſtatu Eccleſia-
3 ſtico † per Pium IV. in motu proprio, de non ad mittendā appel. an. 1565. de menſe Iunij, ſed poſtea per Pium V. dictus motus proprius 1566. die 20. Iunij ad terminos iuris redactus fuit, expreſsè cauendo, quòd in præuentionib. inter iudices eccleſiaſticos, & ſeculares procedatur in omnibus, & per omnia iuxta forma iuris communis, decretū Concilij Tridentini, & non aliter, nec alio modo.
4 Item adde, quòd poſt † præuentionem nō poteſt alter præuentus ſe intromittere, niſi propter dolum, ſiue negligentiam iudicis præuenientis, quia alter eo caſu poterit procedere, & punire, etiam quòd ſit iudex laicus, cū non intelligatur proueniſſe, qui dolo, uel negligentia procedere prætermittit. c. cum plures, de offic. deleg. in 6. & Anch. in conſ. 169. nu. 7. & 8. *Ba.*

b *Quęro igitur.*] Dec. d. c. 25. num. 30. *Roſ.*

Quæro igitur.] Adde, quod uſurariorum iudicium, ſi diſputatur de iure, eſt eccleſiaſticum: ſi autem de facto, poteſt iudex ſecularis ſe intromittere, ut per Alciat. in c.

QVÆST. XXXVII.

1 IN *hac exceptione incōpetentię iudicis ſæpenumero dubitari contingit ratione cauſæ ipſius, ſeu criminis, de quo agitur, an ſcilicet eius cognitio ſpectet ad iudicē eccleſiaſticum, an ad iudicē laicum an etiam ad vtrunque, Et in hoc propoſito ſcire debes, quod delictorum quædā ſunt mere eccleſiaſtica, ſiue ad cognitionem eccleſiaſtici iudicis pertinentia, quædam mere ſecularia, ſiue ad cognitionem iudicis laici pertinentia, quædam mixta, ſcilicet communis fori, in quibus poteſt, & iudex eccleſiaſticus, & laicus cognoſcere.*

Quæro [b] *igitur, nunquid crimen vſurarum ſit commu-*
2 *nis fori. Reſp. videtur dicendum, quòd non, ſed quòd pertineat ſolummodo eius cognitio* [c] *ad iudicem eccleſiaſticū, nam iſtud crimen eſt mere eccleſiaſticum ſecundum communem opinio. de qua atteſtatur Didac. lib. 3. reſolutionum, cap. 3. in primis verbis, dicens, quòd omnium iuris vtriuſque profeſſorum conſenſu in hanc itum eſt ſententiam. Et quòd cauſa reſtitutionis vſurarum, etimaſi agatur inter laicos, ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, neque in ea laicus ſit iudex competens. voluit Gloſ. in Clemen. 2. in verbo, vſuris, de iud. ſecundum quam dicit eſſe communem opin. Alber. in rub. C. de vſuris. num. 5. Ita etiam communiter ſeruari, & practicari atteſtatur Lapus de Caſtel. allegatio. 56. Reuerende Domine, quem refert Imola in cap. cùm ſit generale, nu. 6. de foro compet. Adeo quòd (ſecundum aliquos) non poteſt iudex ſecularis, neque etiam incidenter cognoſcere ſuper vſura. Et hanc opin. dicit eſſe communem Alex. in l. quoties, poſt num. 4. verſ. Extra Gloſs. C. de iudic. Quinimò (ſecundum alios) parte excipiente contractum eſſe vſurarium, non poteſt iudex ſecularis, neque atiam ſtatuere terminum, intra quem debeat coram iudice Eccleſiaſtico probare exceptionem vſurariæ prauitatis, iuxta doctrinam Bart. in l. præſes poſt numer. 4. C. de appell. quem omnes ſequuntur, vt dicit Ripa in l. qui pro tribunali numer. 7. ff. de re iudic. Tu vero* [d] *breuiter dic, quòd aut loquimur, quando pro crimine vſurarum agitur crimilaliter, & tunc nulla eſt difficultas, quin vterque iudex, ſcilicet tam eccleſiaſticus, quam laicus, poſſit pro ipſo crimine criminaliter contra vſurariū procedere, vt dixi ſup. hoc eo. lib. §. Vſura, verſic. Et ex hoc infertur. Et ita praxis obſeuat vt atteſtatur Didac. in d. cap. 3. poſt numer. 1. verſic. Quarto non eſt. Aut loquimur, quādo inter partes agitur ciuiliter: & tunc, aut vertitur quæſt. iuris ſuper vſura, ſcilicet nunquid cōtractus ſit vſurarius, vel non, & tunc cognitio ſpectat ad iudicē eccleſiaſticnm, neque poteſt iudex ſecularis in ea vllo modo ſe intromittere; & ita concludunt omnes Doct. tam Legiſtæ, quàm Cononiſtæ, vt dicit Iaſ conſ. 153. num. 3. lib. 4. vbi etiam refert Bald. in l. filium, cum diffinimus, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, dicentem, quòd ita ſeruatur de conſuetudine, Dec. conſ. 170. num. 3. vbi dicit, quòd Doctores omnes ita cōcludunt Rol. conſ. 95. num. 44. lib. 2. Hanc etiam opin. dicit eſſe cōmunem Socin. conſ. 88. num. 23. lib. 4. Alciat. in c. 1. num. 77. de offic. ord. Et ita etiam communiter practicari, ſaltē quando iudex eccleſiaſticus facit inhibitionem, atteſtatur Marian. in dicto cap. cùm ſit generale, numer. 22. de foro compet.* [e] *Aut vero veritur quæſtio facti ſuper vſura, puta, quia non refricatur in dubiū, an contractus ſit vſurarius, vel ne, ſed ſolummodo repetuntur vſuræ: & tunc vtique laicus eſt iudex competens. Ita dicit Bald. in d. l. quoties, circa fin. C. de iudic. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Blanc. de compromiſſis, fol. 94. poſt numerum 9. Item etiam communiter receptum eſſe atteſtatur Didac. in dicto cap. 3. circa princip. & in epito. ſuper 4. Decretal. fol. 197. numero quinto. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Abb. in dicto cap. cum ſit generale, nnmero 17. quem refett Afflict.*

perniciosam, num. 77. vbi communem dicit de offi. ord. Si tamen vſurarij per iudicem eccleſiaſticū puniuntur, poſſunt nihilominus puniri per iudicē ſecularem ſecundum Alciat. in d. cap. perniciosā num. 8. vbi communem dicit. *Guiot.*

c *Ad iudicem eccleſiaſticum.*] Adde communem etiam, vt dixi in collecta mea commun. opin. v. contractus, n. 21. 22. & 23. v ſeq. ad nu. 26. *Giach.*

d *Tu vero breuiter dic.*) Vide tamen Marant. in ſua diſputatione 5. per totum, ſuper q. 17. ad fi. inf. quæſt. 53. verſic. ſed hic occurrit, dum hic dicitur per modum exceptionis, vide diffuſius per Capyc. deciſ. 7. numer. 4. & 5. *Drogh.*

e *Aut vero vertitur queſtio iuris ſuper.*] Adde, quòd hoc procedit,
5 † quādo vertitur quæſtio iuris canonici, quod diſponit ſuper vſuris. Sed ſi vertitur quādo iuris ſtatuarij, quod de vſuris loquitur, tunc iudex ſecularis poteſt cognoſcere, licèt ſit quando iuris, ita declarat Pau. de Caſt. in conſ. 210. viſis, & ponderatis omnibus, uol. 2. ubi etiā ſubdit circa fi. conſ. quod ſi iudex eccleſiaſticus ſibi inhiberet, poſſet ei facere reſponſionē, qđ ad eū nō pertinet cognitio ſuper his, quæ dependent à ſtatuto laicorum, & ſequuntur prędicta Iaſ in l. quoties, C. de iudic. et Natt. conſ. 369. num. 12. Bero. conſ. 207. uolum. 3. Rim iun. conſ. 218. num. 72. & conſ. 399. num. 20. Et quando dicatur quæ-
6 ſtio † facti, uel iuris habetur per Bald. in l. Artuſiana. ff. de ſtatu hominum. vbi dicit, ꝑ quæſtio facti eſt, quæ exigit probationes facti, & quæſtio iuris eſt quæ determinatur per diſputationem, & interpretationē prudentū. *B.*

Cete-

f *Ceterum quando incidenter.*] Adde, quòd idē
7 † tenet Cepol. conſ. 402. num. 16. & Rimin. iun. in conſ. 399. n. 21.
8 Item adde, quæ † nam dicatur quæſtio ſuper vſuris meri facti, & quę meri iuris, per Cachar. deciſ. Pedam. 137. num. 11. &
9 quādo Iudex † laicus poſſit cognoſcere de vſuris, vide etiam Io. Bapt. Lup. in tractat. de vſur. in cap. quamquam in §. 4. n. 66. & quando eſt quæſtio facti, ſiue iuris, ſemper actor poteſt eligere iudicem eccleſiaſticum, vel ſi velit repetere vſuras, & ſi eſt quęſtio facti, & vſuras repetere velit: poteſt etiam adire iudicem ſecularem, ita tradit Paul. de Caſtr. in conſil. 109. viſa petitione num. 2. vol. 2.
10 Item adde, quòd in ſtatu Eccleſiaſtico prouiſum fuit per conſtitutionem March. in lib. 3. cap. 12. ad tollendas diſputationes, quòd Iudices ſeculares poſſint cōtra vſurarios procedere ex officio, & in capit. 13. in fin. prouiſum fuit, quòd etiā procedere poſſint ſola facti veritate inſpecta, quid
11 autem † in Regno Neapolitano obſeruetur, poſui ſupra in §. vſura, in verſicul. & ex hoc infertur.

g *Quæro nunquid.*] Decian. to. 1. pract. cri. lib. 4. c. 26. num. 7. & Farinac. q. 141. vol 5. n. 47. *Roſ.*

Quæro nunquid.] Ad-
12 de, quòd Ferret. † in cōſil. 185. voluminn. 2. tenet contrarium, videlicet, quod non poteſt agi in foro canonico criminaliter ad pęnam adulterij, etiam contra mulierem, niſi ad ſeparationem thori, & ad amiſſionem dotis, & atteſtatur de communi, & de hoc vide etiam Afflict. in conſtitution. maieſtati noſtræ numer. quarto lib. 3 *Baiard.*

h *Quæro etiā pro crimine.*] Adde, quòd hodie eſt ſeruāda prouiſio Concilij Trident. vt patet ſeſſ. 24. c. 8 de reform contra
13 laicos † concubinarios, & ſeſſ. 25. c. 14. de reform. contra clericos concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio in domo, vel extra detinentes. *Baiard.*

i *Alij dicunt.*) Decian. d. c. 26. n. 1. *Roſ.*

k *Vas ſacræ Euchariſtiæ.*] Adde, quòd auferre ab Eccleſia calicem, eſt etiam ſacrilegium, ſup. in §. ſacrilegium. *Drogh.*

l *Verſ. Vidi etiam.*] Vide Rolan conſil. 24. in 2. *Giach.*

m *Vnum tamen.*] Decian. vbi ſup. n. 15. *Roſ.*

Bra-

flict. ſuper prima parte Conſtitutionnm Regni, rubr. 6. c. ſtatuimus, nu. 1. & Berous in rubr. de vſuris, poſt num. 85. Alexan. in d. l. quoties, prout illum refert Turzan. lib. commun. opin. c. 90. Alciat. in d. cap. 1. nu. 77. Hæc tamen omnia intelligenda ſunt, vt procedant, quando principaliter in iudicio deducitur quæſtio vſurarum: [f] *ceterùm quando incidenter opponitur per modum exceptionis contractum eſſe vſurarium, tunc bene poteſt Iudex laicus cognoſcere, etiam ſuper quæſtione iuris, & contractum ipſius tanquā vſurarium annullare, & reſcindere: & eſt communis op. tam Legiſtarum, quàm Canoniſt. vt dicit Guido Pap. conſ. 180. nu. 2. & ita quandoque vidi ſeruari.*

Quæro, [g] *nunquid cauſa adulterij ſit communis fori,*
3 *ita quòd in ea poſſit procedere, tam iudex eccleſiaſticus, quàm ſecularis. Reſpon. quòd ſic: & ideo ex cauſa adulterij poterit Epiſcopus punire etiā laicos, vt dicit Abb. in c. intelleximus, nu. 1. de adult. & eſt communis opin. vt atteſtatur Alciat. in d. cap. 1. nu. 18. de offic. ord. & ipſos excommunicare, & detrudre in monaſterinm, & eſt communis opin. vt ait Didac. in d. epitom. ſuper 4. Decretal. c. 7. §. 7 num. 20. quem refert Villal. in ſua collecta commun. opin. in litera L, verb. laici poßunt. Cum enim hoc delictum ſit violatio Sacramenti matrimonialis, meritò eius vindicta non minus pertinet ad iudicem eccleſiaſticū, quàm ad laicum. Scias tamen, quòd quando agitur ad ſeparatinē thori propter adulterium faciendam, tunc de ea ſolus Iudex eccleſiaſticus cognoſcit. Et hæc eſt communis opin. vt ait Dec. conſil. 212. poſt n. 2. Didac. in epitom. ſuper 4. Decretal. fol. 137. n. 8.*

Quæro etiam, [h] *pro crimi-*
4 *ne concubinatus quis ſit Iudex competens? Reſpon. Aliqui dicunt, quòd de hoc crimine Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, cum ſit merè eccleſiaſticum, & ita tenuit Gofred. quem refert Abb. in d. c. cum ſit generale, num. 25. & hanc dicit eſſe communem op. Bermon. de concub. fol. 304. n. 2. Et hæc quidem opin. abſque difficultate procedit, tenendo quòd concubinatus de iure ciuili nō ſit delictum, de quo dixi ſup. hoc eod. lib. §. fornicatio, verſ. & in primis. Sed tenendo, quòd etiam de iure ciuili concubinatus ſit prohibitus, neceßariò fatendum eſſet, quod etiā Iudex ſecularis poſſit ſuper eo procedere, & punire: quod certè ſenſiſſe videntur illi, qui aſſerunt, quod etiā concubina ſacerdotis, ſi eſt notoria, poteſt puniri per Iudicem ſecularem, licèt ſi ſit occulta, non poteſt puniri, niſi per Epiſcopum: quam opin. dicit eſſe cmmunem idem Bermond. in loco prææalleg. fol. 305. poſt num. 6. & reperio in facti cōtingentia conſuluiße Euerard conſ. 202. Sed quidquid ſit de iure, nos videmus, quod Iudices laici de concubinatus crimine puniendo parum ſe intromittunt, & hodie pauci etiam ex Eccleſiaſticis, fortè nc in alijs puniant id, in quo ipſimet delinquunt.*

5 *Item quæro, nunquid pro nefando crimine ſodomiæ poſſit etiam Iudex Eccleſiaſticus contra laicum procedere. Reſp. quòd ſic: ita colligi videtur ex text. in c. clerici, de exceſſ. prælat. & eſt communis opin. vt atteſtatur Bermond. in d. tract. de concub. fol. 128. n. 43.*

6 *Vlterius quæro, nunquid crimen ſacrilegij ſit eccleſiaſticum. Reſp. Aliqui dicunt, quòd de iure eius criminis cognitio ſpectat ad Iudicem eccleſiaſticum: & videtur tex. in c. cùm ſit generale, & in c. conqueſtus, de fur. comp.* [i] *Alij dicunt, quòd eſt crimen mixtum, quod poteſt ab vtroque Iudice tam laico, quàm Eccleſiaſtico puniri, & quòd inter eos eſt locus præuētioni. Et dicit Mantua conſ. 266. n. 80. quod ita omnes concludunt. Sed apud nos de conſuetudine Iudices laici cognoſcunt de ſacrilegio, non autem eccleſiaſtici, prout etiam ſeruari in Reg. Frāciæ atteſtatur pract. Millei, f. 74. n. 17. vbi refert ſe feciſſe ſuſpendi quendam qui abſtulerat ab eccleſia* [k] *vas ſacræ Euchariſtiæ. Faciunt, quæ dixi infra quæſt. proxima,* [l] *verſ. Vidi etiam.*

7 *Præterea quæro, an ſacrilegij crimen ſit cōmunis fori. Dixi ſup. hoc eod. lib. §. hæreſis, verſ. ſucceſſiuè quæro.*

8 *Vnum tamen volo,* [m] *vt ſcias in hac materia, ꝗ Epiſcopus in criminibus communis fori, in quibus poteſt procedere cōtra laicos, non poteſt illos perſonaliter capi, aut carcerari facere, aut punire, ſed tantummodo poteſt contra eos procedere per cenſuras: & ita communiter tenetur, vt dicit Io. And. in add. Spec. prout illum refert Foller. in Pract. crim. can. fol. 97. n. 52. & ſeq. Aufrer. in tract. de poteſt. eccl. ſuper laicis, n. 1. quem refert Did. prac. q. 10. n. 2. licèt ipſi videantur ſentire contrarium, & dicant ſe aliquando contrarium obſeruaſſe. Hanc etiam dicit eſſe communem opinion. Menchiaca lib. 3. de teſt. §. 22. poſt n. 17. licet ſubdat, quòd ferè tantus eſt numerus eorum, qui contrarium tenent. Sed quidquid ſit, apud nos communis opin. in practica obſeruatur, neque ab illa eſſet vllo pacto recedendum, & ſecundùm illam in facti contingentia iudicatum fuiſſe per Parlamentum Pariſienſ. refert Papo libr. 1. tit. 5. arreſto 26. Bene verū eſt, quòd ſi Prælatus legitimè præſcripſiſſet hāc facultatem exequendi contra laicos, vtique poſſet illos capere, & carcerari facere. Et hoc ab vtriuſq; partis fautoribus receptum eſſe atteſtatur Mēchiaca in loc. præallegato,*